



Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Iacobus Sabellus n. 10

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

eius Apostolico munere , sic in ipsis , & Sociorum laudem erupit:
 Gloriosum Nomen Apostoli , quod fidelis Dei seruus Apo- ^{Iij cum}
 stolicis factis , & sanctitate non solum sibi , sed etiam suis : vn- ^{Xavierio}
 de qua Lusitanum Imperium per Europam , Africam , Af- ^{Indiarum}
 siam , & nouum pater orbem , omnes de Societate IESV ^{Apostolo,}
 Apostoli nominantur. ^{Apostoli nominantur.} Sic in Imag. 1. sac. Soc. lib. 5. cap. 2. fol. 603.

10. A IACOBO SABELLO : Qui (cum Rome hec opinio
 percrebuisse , ad corrigendos mores , restituendamque religionem
 haud aliud praesentius oblatum esse remedium , quam hominum So-
 cietatis , quam plurimum operâ uti:) hac dubius opinione , ubi à
 Pio IV. eius in Urbe Vicarius constitutus esset , accersito Lainio Ge-
 nerali ait , Id se oneris subiisse minimè inuitum , sperantem eā ^{Card. Sa-}
 viā in diuini cultus ornatum , & incrementum nonnihil col- ^{bellus So-}
 locaturum , idque adiumento in primis Societatis. Et quo- ^{cietati ini-}
 niam recta populi institutio emendatioque à Sacerdotibus ^{examen}
 idoneis pendeat , decretum sibi , deliberatumque esse nem- ^{committit.}
 nem ad Sacerdotalem gradum efferre , qui ab hominibus
 nostris non probaretur. Proinde duos legeret à pietate , pru-
 dentiaque , ac doctrina idoneos viros , qui de initiandorum
 doctrina , & facultate periculum facerent , quorum iudicio
 staretur. Hac ille Par. 2. Hist. Soc. lib. 4. num. 8.

11. A VINCENTIO LAVREO Episcopo Montis Regalis in ^{Litera ad.}
 subalpinis , ac demum Cardinali , Turnonij Cardinalis nomine ad ^{Gener.}
 Generalem Lainium sic scribente : Incolumis (inquit) Dei gratia ^{Lainium,}
 Cardinalis Turnonius in Gallias venit : sed cum magno ani- ^{in quibus}
 mi sui dolore religionis res ita perturbatas inuenit , nullus vt ^{Turonense}
 propè in hoc Regno sit locus , quem non aliqua ex parte hæ- ^{Collegium}
 retica lues contaminarit. Cum vero aduentu suo partim se- ^{Societati}
 ditiones graues , vel iam ardentes extinxerit , vel orientes op- ^{desertur.}
 presserit , partim Christianissimo Regi per literas malorum
 remedia , viisque ad vim ac fraudes seditiosæ huius , & con-
 sceleratæ sectæ repellendas proposuerit ; nequaquam deesse
 Turnoni vult solo suo natali. Id cum oppidum sit octingen-
 tis